

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

40 Probationis annus debet esse continuus, & nullo modo interruptus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

25. Calen. Augusti 1564, statuens, ne Constitutiones a Concilio factae ante Kalend. Maii anni 1564. obligare censerentur. Quia cum lex Concilij Tridentini, quia annulatur professiones intra annum probationis factae, condita, & promulgata sit anno 1563. quarto Decembris, & lex omnis maxime Concliaris iuste codita, & promulgata ligat post duos menses a tempore promulgationis illius d. 4. c. in istis, leges, si longius tempus ad ligandum ei non prefigatur; Aut. ut factae noue const. coll. s. &c. quod dict. dicit. 16. & cap. 1. de postul. præl. consequenter etiam professio nem ante annum probationis finitum em sit in Calen. Aprilis anni sequenti 1564. annulata; præfectim cum predictum Concilium Trid. sess. 25. c. 22. de regul. expresse declaravit, velle se, vt statim leges factæ in sessione ad Regulares pertinentes, executioni mandarentur, quo t perinde fuit, ac dicere, ex nunc, sine ex hoc tempore ligant, & executioni mandent illam Episcopi, & alij Ordinum Praelati: Etcum lex hoc mandat, ligat etiam ignorantes, quod ad actus nullitatem, licet non quoad alia pœnas, vt ait Gloss. in Clem. 2. de hæret. in verbo, ex nunc, de quibus declaratio Papæ, vt ex tenore illius colligitur intelligentia est exclusus solum a pœnis extrinsecis, quas stricto iure multi alioquin contrahacientes incurrisse: Professio vero ante illud tempus facta nihil prodest, aut nocet, ut propterea de ea judicandum sit, ac si nulla talis declaratio fuit, iudicanda fuisset nulla; si declaratio Papæ non accedit, ita & ea accedente nulla, & inutila censeri debet, quia professio facta pure eo momento, quo sit valet, aut non valet, nec in suspense esse potest, (sicut nec Baptismus, ordo, vel Matrimonium) & si non valuit, nec per illam declarationem validari potuit.

DECISIO XXXIX.

Ex conf. 33. alias 62.

39. **Q**uamvis olim annus probationis in favorem vtriusq; partis, tam Monasteri, quæ illud intratur inductus sit, ad Apostolicam, de regul. ita ut illi fauori ac vtriusq; partis consensu renunciari posset cum iuri in favorem suum in introducto quilibet renunciare poterit; I. si quis in C. de pacis, & c. gratum, de off. del. Adeo ut in non Mendicantibus professio valide intra annum probationis fieri posset, d. c. ad Apostolicam modo tamen probationis anno, nec Monasterium, nec Novitij renunciare possum ex constitutione Concil. Trid. sess. 25. c. 15. de regul. eo quod annus ille non amplius ius priuatum, sed publicam religionis utilitatem reficit, iuri autem publico renunciare nemo potest; c. si diligenter de for. comp. & leg. ius publicum, ff. de pac. unde nec Regularis in una religione professus, & ad aliam translatus, anno probationis consenso renunciare ualeat; & professio altera facta intra annum in secunda religione, etiam de utriusque partis consensu nulla omnino censetur: eo quod professio ante decimum sextum completum facta, & facta ante finem anni probationis a Concil. Tr. ubi supr. particanus, ideoque sicut professio ante decimum sextum annum de consensu Novitij facta non ualeat, ita & ante finem anni probationis de consensu eiusdem facta, nulla erit, quandoquidem de particulis idem iudicari debet. cap. licet ex quadam, de testib. & l. fin. ff. mand.

DECISIO XL.

Ex conf. 34. 34.
37. [alias] 17.
43. 29.

40. **P**rofessio ante decimum sextum etatis annum completum, vel ante finem anni nouitatus facta nulla censetur, ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 15. de regul. neque per gestationem habitus indistincti ab habitu professorum, etiam intra Monasterium post annum decimum sextum completum, & etiam per alium annum integrum, purans se esse professum, eo quod putaret predictum in professione a se factam, validam fuisse, etiam validate censetur, nisi sciens & prudens illam fuisse nullam, de nulla validam factam voluntate; ita ut ab eo tempore professus esse incipiat. Ut ait Caius, 2. 2. q. 189. ar. 5. & Nau. in Man. c. 1. 2. nu.

71. Vnde nec ingressus Monasterium, & post decem menses sine licentia illud egressus, & postea Monasterium aliud eiusdem religionis adiens, in quo receptus de consensu fratrum post duos menses emisit professionem, & multos annos ibi perseverans validè professus est eo, quod illam ante unum annum continuum compietum emisit ex Concil. Tr. vbi supr. Nec sufficit quod decem menses in uno Monasterio & alios duos in alios manerit, vt annus pro completo censetur, quia annus debet esse continuus, i.e. de regi. in 6. Nec professio nulliter facta sine scientia nullitatis, sola perseverantia ratificatur, ita Cai. vbi supr. & consequenter sic professus vere religiosus non est, & libere sine villa dispensatione ad aliam religionem transire potest.

DECISIO XLI.

35. 27.
Ex conf. 44. [alias] 24.
49. 27.

41. **P**rofessio in ordine Minorum ante decimum septimum annum completum ipso iure, & vi statutorum illius ordinis nulla est, & nullum producit effectum. Arg. C. 2. Trid. sess. 25. c. 15. de regul. & sic professus ad aliam religionem archiorē, vel strictiorē transire, vel vxorem ducere poterit, si nihil aliud obsterat, ac si professionem illam non fecisset: cum non præter impenitendum, quod de iure non fortiter efficitur, & non præstet, de reg. ior. in 6. Et licet sic ante decimum septimum completum professus, nouam professionem post illum expletum facere teneatur ad hoc, ut vere professus & religiosus sit, vel publice de novo proficido, vel quod latius esse videatur cum ratificatione, noua tamen receptione Capitulari non indiget, sed sufficit, quod Monasterium in illo consensu permiserit, quo eius professioni consensit, & eam recepit; & post professio valida esse incipit a solo tempore ratificationis, & non antea.

DECISIO XLII.

42. **C**oncilium Tridentinum sess. 25. c. 15. de regul. professiones tacitas non tollit, & ideo post illud perinde sunt habendi pro tacite professis illi, qui per annum rotu nullatenus interruptum habitum in illud continentibus professorum, ac ante illud, tulerunt; & consequenter qui habitum in anno decimo sexto, vel prius accipiunt, si illi toro uno anno gerant, donec annum decimum septimum ingrediuntur, tacite professi c. ni nisi sunt. Arg. c. 1. 5. 2. de regul. in 6. & c. 1. 6. 5. 6. Quamvis quod hac tacitam professionem inter eos, qui emitunt ut professionem ante decimum sextum annum completum, & alios qui eam non emitunt, distinctione est, quod hi procul dubio professi c. 1. 6. 5. 6. si per unum annum totum gerent habitum, donec ingrediuntur, decimum septimum annum, nisi reclament, aut protestent, nullatenus eis sic si iam annu proficiendi, donec expresse proficietur; Alij vero, qui professionem ante decimum sextum completem expresse faciunt, non censentur tacite professi, si ideo manerint in Monasterio post inceptionem decimi sexti septimum annum, quia putant professionem suam valere, in quo non manerent, si eam non valere putarent, quia ad ratificationem in professione inutilis facta non sufficit in Monasterio manere, si ideo manerit, quia putat valere professio factam, & per illam obligari ad manendum, sed requiritur, quod sciat illam non valuisse nec obligari ad manendum & tamen non obstante haec sententia vult eam pro bona, & tamen habere, & se ad eam seruandam obligari, ut scilicet Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 5. & Nau. in Man. cap. 12. nu. 71. Quia errans, & ignorans contentire non censetur, l. si per errorum, ff. de iuris, om. iud.

DECISIO XLIII.

36. 19.
Ex conf. 43. [alias] 29.
44. 24.
46. 27.

43. **H**abitum religionis ante decimum quartum etatis annum sive picis, & per aliquot annos vitam in diversis Monasterijs transigens, & tandem legitima etate ad pro-